



quae reuelabitur in nobis. Ipsi quo enim mortale. quid immorta-
 lipotest comparari. Aut inuisibili uisibile aut aeternis tem-
 poralia. Si qua tamen in presenti uita uel ut quaedam possunt
 semina gloriae colligi futura. ista semina ex tribulationibus
 & passionibus quae patiuntur. propter deum colliguntur.
 sicut alibi dicit idem ap[osto]lus. quod enim in presenti est.
 momentaneum est & leue. Inmensum est enim pondus glo-
 riae futurae quam expectamus. qui non respicimus ad ea
 quae uidentur. sed ad ea quae non uidentur & aeterna
 sunt. proinde enim omnis tribulatio qualis cumq[ue] sit quae
 acciderit. quae uis breuis. quae uis longa uideatur. quasi mo-
 mentaneum ac leue esse putare oportet. qui cum quae ad
 futuram aspiciat gloriam. quae nobis est reuelata atq[ue] quaesita
 ubi transit formabitur corpus n[ost]r[um] mortale. conformis glo-
 riae corporis filii dei. quanto maiores enim tribulationes in
 hoc mundo pro christo patimur. tanto amplioris nobis magnitu-
 dinem gloriae credimus cumulari. Nam expectatio crea-
 turae. reuelationem filiorum dei expectat. expectatio
 creaturae. id est expectatio hominis rationalis.
 qui expectat diem iudicii quo reuelabitur
 quanta sit gloria praeparata. his qui in hoc saeculo fide-
 liter pro deo tribulationes sustinent. & laborant in
 diuinitate. uanitati enim creatura subiecta est.
 id est omnis homo uanitati huius mundi inuitus est subiec-
 tus. quae diu temporalibus deditur est rebus. uel quae diu
 istis transitoriis uitatur quae transeunt tanquam umbra. non
 uolens. non enim sicut sponte peccat ut homo. sic & iam
 sponte damnatur est. sed uoluntate eius qui disponit uni-
 uersa. cuius & iam homo contempsit praecpta. Subiectus est